Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Aristophanus Plutos

Aristophanes

Harlingae, 1744

Corrigenda in notis ad Aristophanis Plutum, & inferenda.

urn:nbn:de:gbv:45:1-2671

Visual Library

CORRIGENDA
IN NOTIS AD
ARISTOPHANIS PLUTUM,
& inſerenda.

Pag. 8. v. 2. Repone σμή, ut in Fl. ſcriptum, pro quo *AEmilius Portus* in eo Baſileënſis Editionis exemplari, quod beneficio Praeſtantiſſimi Viri *Abrah. Gronovii* evolvere mihi datum fuit, refinxit σνδ', ut numerus ſcilicet ad noſtrarum Edd. verſus congrueret. Ibidem adnotatum ad αἴσῃ, ἤγουν μοίρᾳ. AE. P. κατὰ τάξιν. vide *Euſtath.* ἐν τῷ αἶσα. Gaudeo docti hominis auctoritate ſententiam meam firmari. Debuerant autem haec cuncta, Ἰστέον δὲ ὅτι. . . . . τἀληθῆ λέγῃ, ſtellulis incluſa ſignari, quippe quae in Ed. principe non compareant, & a *Fracino* primum ſint adjecta.

P. 11. n. 6. Τοῖς δεσπόταις ὀφεῖλον)] Deleta, quae ſubjicitur, adnotatione, haec in ejus locum ſuccedat.

Τοῖς ἀπειθοῦσι τοῖς δεσπόταις] *Fracinus*, ut ſtructuram prima fronte difficiliorem explanaret, dederat, τοῖς ἀπειθοῦσι πρὸς τοὺς δεσπότας· quod quum minus ad morem Graeci ſermonis conveniat, merito revocatum eſt ex Ed. A. τοῖς δεσπόταις· capiendum vero quaſi ſcriberetur, τῶν πληγῶν, αἳ ὀφεῖλον) τοῖς δούλοις, οἵπερ ἀπειθοῦσι τοῖς δεσπόταις. Significat *Scholiaſtes* τὰ κακὰ poſſe dupliciter intelligi, vel ſtultitias herorum, &, quae inde proveniunt, calamitates, vel verbera & plagas, quae ſervis inmorigeris debentur & intentantur.

Hujus etiam rei erroriſque commiſſi, quem ipſe jam ante animadverteram, me per literas admonuit *J. Ph. D'Orville*, Vir Eruditiſſimus.

P. 12. n. 10. Jam dudum viderat hanc mendam correxeratque *Jo. Meurſ.* Exerc. Crit. P. II. p. 247. Quam facilis autem ſit lapſus, Thucydidei Codices itidem oſtendunt VII. p. 453. v. 80. ubi vide Virum Clariſſ. *C. A. Dukerum.*

P. 17. Poſt, *induci non poſſum, ut credam*, inſere: Imo forma vocis ſatis demonſtrat

Landesbibliothek Oldenburg

originem non nimium vetuſtam, & in citeriore tantum Graecia quaerendam: ſimiliter enim atque ἁμαξάριος & ἁμαξάρης, βασταγάριος & βασταγάρης, κυεστάριος & κυεστάρης, νωζάριος & νωζάρης apud *Suidam*, φυρνάριος & φυρνάρης dicuntur, ſic & γρυζάριος, γρυζάρης, ſcrutarius, de quo ſimul & ῥωποπώλῃ *Hadr. Junius* in Adag. egregie docuit. Hujus generis longe plura facile ſuppeditabit *Du Cangius* in Gloſſ. M. & I. Gr. Tale eſt μυλωνάρης Scholiaſtae noſtri ad Equ. v. 253. Hic igitur potius ſcribendum arbitror, ῥωποπώλης, ὃς καὶ, vel κοινῶς γρυζάρης.

P. 25. *Joh. Meurſius*, prolato *Scholiaſtae* loco, eadem haec totidem verbis apud *OEcumenium* reperiri notavit in Exerc. Crit. P. II. c. 10. Conſpirat *Joſeppus* in Hypomneſt. citatus a *Th. Galeo* ad *Jamblich.* de Myſter. p. 215. Ἡ δὲ Πυθία ἐπὶ τοῦ τρίποδος ἀσχημόνως ἐπικαθημένη διὰ τῶν γυναικείων πόρων τὰς μαντικὰς ἀποκρίσεις ὑπεδέχετο.

P. 26. *Niſi forte in Farreana.* Haec nihil a priſcis Edd. diſcedit, ut poſtea didici nactus illius Editionis exemplar a *Matthia Rövero* Viro juvene magnis & animi & reconditae doctrinae dotibus inſigni.

P. 28. ad v. 57. Eadem *Rich Bentleji* ſententia; quod, quum haec ſcriberem, oculos effugit.

P. 30. ad v. 65. Pro, *utraeque Phil. & Bern. Juntarum Edd.* A. 1515. repone: atque ita ſane Edd. Florentinae, altera per *Philippum Juntam* impreſſa A. 1515. altera per *Benedictum Junctam* 1540.

P. 35. ad v. 91. *Sola Fl. Ph. J.* A. 1515. Horum loco ſubſtituenda: Utraque Florentina *Phil.* & *Bened. Juntarum* διαγινώσκοιμι· cum quibus &c.

P. 37. n. 67. *quod ſolet.* L. quod alioqui ſolet.

P. 42. ad v. 126. Lege: utraeque Juntinae *Philippi* & *Benedicti.*

P. 43. ad v. 129. Reſcribe: Fl. Ed. *Bened. Junctae* A. 1540.

P. 45. ad v. 147. Pro, *Bern. Juntae* A. 1515. reponendum, *Bened. Junctae* A. 1540.

P. 46. ad v. 150. Lege: in utraque Juntina A. 1515. & 1540. Quae fuerant per errorem confuſae editiones, in ſequentibus rite diſtinguuntur.

N. 83. Ep. IV. Lege, Ep. III. Haec in vulgatis poſtmodum Epiſtolis *Libanii* reperitur MXLIV. Plures a *Wolfio* Codices notantur, in quibus ſit Ἰουλίῳ.

P. 50. ad v. 164 *non Ed. tantum Farreana.* Illo in exemplari Genevenſis Ed. cujus marginibus & varias MSS. lectiones, & materiam obſervationum commiſit *Kuſterus*, quodque in meas manus poſtliminio devenit, in fron-

fronte ſic notaverat: *Ariſtophanis Comoediae Undecim, Graece, Venetiis*, 1542. *in* 8. *Apud Joannem Farreum & fratres*. Per oras autem libri ſparſam inveni manu *Kuſteri* ſcripturae varietatem hoc ſigno diſtinctam, [Ed. 8.] Credidi (& quis in eam ſuſpicionem non incideret?) Farreanam indicari: poſtmodo demum, quum hanc editionem ipſe oculis uſurpaſſem, deceptum me eſſe didici. Hinc factum, ut ſaepius, ubi nominanda non erat, Farreanam nominaverim: qualis vero ſit illa, quam *Kuſterus* adhibuit, editio, eruere, licet diligenter ſcrutatus, nondum potui: animadvertendum tamen, ſi forte ad eam indagandam prodeſſe queat, lectiones inde decerptas non ultra tres comoedias priores procedere. In Scholiis ad Plutum quoque nonnuſquam varietatis aliquid adnotatum ex Ed. 8. ut ad ἐκφλυκτικὸν v. 63. *Kuſterus* adſcripſit: *MS.* (*n.* 150.) *recte* ἐφελκτικόν. [*Et ſic Ed.* 8.] Verum in Commentariis ad Nubes & Ranas vetuſtis nihil ex Ed. 8. adjectum a *Kuſtero* deprehendi. Hic autem Farreana cum pleriſque, Ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, χρυσίον &c. earum vero, quas inſpexi, ſola Gryphiana *Angeli Caninii*, illa quidem, quod titulus non vane promittit, emendatiſſima, praefert, Ὁ δὲ χρυσοχοεῖ, τὸ χρυσίον &c.

P. 63. v. 184. κἀν. L. κἂν. Ad πολέμοις in margine ſcriptum habet Ed. Gryph. καὶ, πολεμίοις.

P. 64. v. 22. Αία. L. Δία.

P. 67. ad v. 204. *Farreanam*. L. Ed. 8. illa enim reliquis conſentit.

P. 69. ad v. 216. *In Ed. Farr.* L. in Ed. 8.

P. 70. v. 222. In verſu Ariſtophanis pro μολὼν repone δραμών· in adnotatione ad eum locum pro *Farreana*, Ed. 8.

N. 39. ἀμεζωδάτως. Adde: eumque in modum edi juſſit.

P. 73. ad v. 242. *Farr.* L. Ed. 8.

P. 75. ad v. 253. *Praetium.* L. pretium.

P. 77. ad v. 260. *Vid.* v. 165. L. 167. ubi idem *Kuſteri* peccatum, ut & v. 550. Fieri autem non poterat, quin ab hoc errore cito Vir Graece callentiſſimus in viam rediret: quare nihil amplius in reliquis commiſſum memini.

P. 79. ad v. 268. *Farr.* L. *Kuſtero* laudata Ed. 8.

P. 94. n. 5. Extant in illis, quae nomen *Anacreontis* gerunt, reliquiis Od. XXXVIII. hoc pacto: Ὁ μὲν θέλων μάχεσθαι Παρέστω καὶ μαχέσθω. Edere non dubitavit *Barneſius*, quemadmodum hoc loco ſcribi fecimus.

P. 97. ad v. 312. Πάσωμεν. L. πάσομεν.

P. 98. v. 314. σοὶ'. Repone, σὺ δ'. ad v. 314. *Ed. Farr.* L. Ed. 8.

P. 105. ad v. 337. *Parti-*

culem. L. particulam.

P. 108. n. 33. Notam huic numero ſubjunctam ita refinge:

Πλ. Φαιδ.] Locus occurrit in Phaedone p. 67. D. hunc in modum ſcriptus: τελευτῶν. . . . μισεῖ τε πάντας, καὶ ἡγεῖται οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τοπαράπαν· in Scholiis quidem ὑγιὲς per errorem eſt omiſſum, quippe quod ad ipſam loquendi formulam pertineat: ſequitur haud longe poſt in eodem dialogo p. 68. A. τελευτῶντες οἷον) σοφώτατοι γεγονέναι τε, καὶ κατανενοηκέναι μόνοι, ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς, οὐδὲ βέβαιον &c. & in extremo Cratylo: ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός. *Comicus* infra v. 871.

P. 114. a. *Ineptus aliquis.* Adde: ſive is fuerit ipſe *Fracinus*, ſive alius.

P. 127. ad v. 449. *Ph. Juntae.* L. *Bened. Juntae.*

P. 130. ad v. 458. *Farr.* L. Ed. 8. Deinceps ubi Farreana laudatur, nihil eſt mutandum.

P. 150. n. 1. Ἢ ἐξῆν ζῆν. L. Ἦ ἐξῆν &c.

P. 188. n. 54. a. *Et* τὸ ἄνθος, *vel* &c. L. τὶ.

P. 207. n. 78. 134. L. 124.

P. 231. ad v. 695. *In pro.* L. in quo.

P. 299. a. verſu infimo. Σοκοφάδας. L. συκοφάδας.

P. 302. v. 887. Omnino fuerat hic verſus ita reficiendus:

Ἀλλ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστὶ πολλή; σκώπτειν &c.

Nam vulgata lectio jambi legem in quarta ſede violat. Reperi quoque ex antiquo Codice notatum ad marginem Ed. Gryph. quam Bibliotheca L. Batava ſuppeditavit, καὶ, ταῦτ' ἐστὶ πολλή.

P. 308. b. v. 3. Ἐπιμελητὴς. L. Ἐπιμελητής.

P. 328. ad v. 947. *Inſeruit C. D'O.* L. Scholiaſtes C. D'O.

P. 330. b. ima pagina. *Minimeque luculentus.* Adde: Niſi tamen quis corrigi malit: τὸ εἶναι κορυφαῖον τοῦ βαλανείου· quod nunc vero propius videtur.

P. 364. a. ἀναγινάσκειν. L. ἀναγινώσκειν.

P. 380. ad v. 1040. L. Οὔπερ.

P. 429. n. 50. b. v. 4. ἡ. L. ἤ.

P. 439. b. Fefellit oculos, quum paginas a praelo madentes relegi, Ol. XCII. cujus vice ter reponenda eſt Ol. XCIV. ut facile patet tum ex re ipſa, tum ex adductis *Petiti Simſonique* locis.

P. 440. b. *Vir Clariſſ. P. Weſſelingius ad Diodorum Siculum.* Poſtquam haec noſtra formis literarum jam fuerant expreſſa, in lucem prodiere *Sam. Petiti* Leges Atticae inſigni notarum acceſſione ab Eruditiſſimis Viris exornatae: ibi curam promiſſam *Weſſelingius* breviter occupavit p. 193. iiſque quae ſupra ſcripſi, non diſſimilia tradidit.

P. 445. a. Σεῤῥαῖος. L. Στεῤῥαῖος.

P. 451. a. *Expectari poſſi.* L. poſſe.

I N-

Landesbibliothek Oldenburg